UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Johannem Ecciu[m] Martini Lutheri Epistola super expurgatio[n]e Ecciana

Luther, Martin

Vuittenberg[a]e, 1519

VD16 L 3703

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-32702

Visual Library

Nam quod per totam expurgationẽ, non niſi criminationibus mei
ſcates, cũ id facias, miſera ſimulatiõis cõſcientia, ſperans, hac via, te os
oblituꝝ & manũ additurũ toti mũdo, ſcito hęc, criminatõib⁹ mei, &
tui Lipſenſiũq; laude prorſus nihil moueor, ſimulatiõib⁹ aũt tuis pe
ne occidor, Quod monſtrũ & Chriſtus oĩm iniquiſſime tulit, pec
catores alioqui & publicanos apertos ſuauiſſime amplexus. Et quid
odiſſet veritas dulciſſima ꝙ̃ veritatis hoſtes, titulo viritatis ſe vendi
tantes? Porro iudices q̃re iactas? an quod eorũ ſententiã illuſeris, vt
inueniatur iniquitas tua ad odiũ? Habemus tuã expurgationẽ, quã
opponamus vniuerſo mundo, docturi Lipſicam hãc diſputationẽ
fuiſſe ludibriũ veritatis, & Eccianam ſimulationẽ, quæ latius pandã
vbi ampulla tua quã parturis ꝓdierit. Interim ad reliqua huius ſter
quilinij tui reſpõdere nolo, nec opus eſt, vna hac parte ſũmaria ſatis
mõſtrante, qui ſis in toto. Et vt redeã ad te, dico & ꝓpono corã te &
vniuerſo orbe, repetenſq; & iterũ dico. Carlſtadij ꝓpoſitiones eſſe
veras, ſimiliter & meã Epl'am. Et vt tibi fortiter inculcem, ne aliena
intuẽ⁹, ꝓpoſita (ſicut ſoles) relinq̃s, maiuſculis l'ris deſignabo ſũmã,

Si Carlſtadij propoſitiones veras eſſe concedis,
Q; liberũ arb. ante gratiam non ſolũ nõ meretur, ſed etiã
peccat dãnabiliter (audis audis Ecci ne ſimules) & pro/
pinquat nõ ſolum ei qd' eſt nõ meritorio, ſed iniquitati
mortali, dũ intendit actioni:

Victus es, & Epl'a mea vera eſt. Si negas aut cõcedere ſimulas, Pe
lagianus es, Vir es, & Carlſtadius puerilis, nõ dubitamus quin ſis he
roicã tuam virtutem oſtenſurus, ſed ſcito, nos iam nõ tibi ſicut ante
credituros, Simulatorem obſeruabimus, cui ante ſyncęritatem iactãti
ſimpliciṫ credidim⁹. Tu aũt vide vt Calẽdariũ, aut Martyrologiũ, aut
Chronicã certe interim diligẽter luſtres, Vnde cõtra nos multa noia
ĩ papyrũ coaceruęs, ſic tñ vt dialecticę nõ obliuiſcaris, & inductionẽ
claudã (ſicut iſta fuit) non afferas.

Q; aũt de literis Boemorũ ex Ideis tuis, pro ſyncęritate fictis, aut
iterũ ſimulatis, erroribuſq; meis in Eccl'iam, ſcribis, probo, nõ quia
verũ dicis, ſed quia tanto mihi perdita ſimulatio tua eſt odio, vt vel
hoc placeat, ꝙ apte mẽtiris, iudicas, detrahis. Erit aũt ꝓpe diem vt ap
pareat, An tu cũ tuis per principẽ tenebrarũ Ariſtotelẽ, quẽ nec ipm
ĩtelligitis, vl' ego Eccl'ię Chr̃i plus nocuerim, Et ad ſyllogiſmũ tuum
q̃uis morione dignum ꝙ Boemi me laudent, ꝓ me orent, reſpõſum
tibi q̃q; ẽ in Aegocerote Emſeriano. Vale & dñs Iheſus ſanet animã
tuam in ęternũ. Amen.

¶ Vuittenbergę, Anno, M, D, XIX. I. G.